

icitatem illam adeas, et donationem illam, etc. *U. vel., c. 2.*)

**C.** *Mandatum qualiter maritus negotium uxoris prosequatur.*

et humana prodit utilitas, et lex Romana licet, ut quicunque uxoris suæ negotium fuerit illas, quamvis maritus sit, nihil aliud agat, etc. *Il. vel., c. 20.*)

#### CLXXXI. Aliud mandatum.

**I**me magnifico fratri illi, ego ille. Omnibus better incognitum qualiter me seneclus adgravias? domat, ut causas meas minime varosequi vel admallare. Propterea precor et o caritati tue, etc. (*Marculf., append.,*

#### CLXXXII. Aliud mandatum.

**B**us institutum est et consuetudine per tempus et usum ut quicunque advocatum instruere sandato legaliter dato atque sollemniter cum instruere debeat, etc. (*Ibid., c. 9.*)

#### CLXXXIII. Aliud mandatum.

**I**lloro fratri illi, ego ille. Omnibus non habetur tam quam me gravis aegritudo domet, ut eleemosynam minime valeam procurare. Propterea ristalem tuam ut propter Deum de rebus meis mea eleemosynam facere vel dispensare de te hoc trado tibi a die presente omnes res i pago illo, in loco cuius vocalulum est ille, terra, mansio, dominibus, adiliciis, quantumvis sum tenere, totum et ad integrum, d' dici aut nominari potest, tam de alode, aut opario, vel de quolibet adtractu, in quaque pagis aut territoriis visus sum habere, et ad integrum, rem inexquisitam, per meos aut andelangos, per hoc mandatum ad meam synnam faciendam in pauperes vel sacerdotes

**C**ecum formulam de modo conficiendarum epistolæ formularum tribuit Attico episcopo Philippus a, tomo VIII Concil., pag. 1892. Illam coram Editionem Labbei.

Sirmondo quæ includuntur intra parentheses,

A tibi trado, ut quicquid exinde egeris gesserisve, apud me in omnibus et ex omnibus ratum et aptum atque transactum definitumque esse cognoscas. Et, quod nec fieri credo, si ego ipse aut aliquis. Et reliqua.

#### CLXXXIV. \* De formulis [epistolis].

**G**raeca elementa litterarum numeros exprimere nullus qui tenuiter Graeci sermonis notitiam habet ignorat (*Sirmond., Conc. Gall., tom. II, p. 663, 664.*) Ne igitur in faciendis epistolis canonicis, quas mos Latinus formatas vocat, aliqua fraude falsitudinis temere præsumeretur, hoc a Patribus cccxviii Nicæ congregatis saluberrime inventum est et constitutum, ut formatae epistolæ hanc calculationis seu suppeditationis habeant rationem; id est, ut adsumantur in suppeditationem prima Graeca elementa Patris et Filii et Spiritus sancti, hoc est, II. I. A. quæ elementa octogenarium quadragentesimum et primum significant numerum. Petri quoque apostoli prima littera, id est, II, qui numerus octoginta significat; ejus qui scribit epistolam, prima littera; cui scribitur, secunda littera; accipientis, tercia littera; civitatis quoque de qua scribitur, quarta; indictionis quoque, id est, temporis qui fuerit numerus adlîmatur. Atque ita his omnibus litteris Graecis, quæ, ut diximus, numeros exprimunt, in unum ductis, quæcumque collecta fuerit summa, epistola teneat, hanc qui suscipit, omni cautela requirat expresse. Addat præterea separatim in epistola etiam nonagenarium et nonnum numerum, (b) qui secundum Graeca elementa significatur.

#### Litteræ commendatiæ.

**S**ancto et Deo amabili Magnoni (*Sirmond., Conc. Gall., t. II, p. 665.*), dono Dei archiepiscopo ex Senonica urbe. Ego enim in Dei nomine Ebrouinus, dono Dei archiepiscopus ex Biurige urbe, etc. (*Marculf., append., c. 12.*)

**C**sic leguntur: « ... qui, secundum Graeca elementa, significat AMHN. » Videnda e. t. Nota Sirmondi in numeros qui in formatis observabantur (*Concil. Gall., tom. II, p. 664.*)

## FORMULÆ ANDEGAVENSES.

### MONITUM.

formulas ex antiquissimo Codice Weingarten-moëvia monasterii edidit Mabillonius tomo IV **D** a Analectorum. Illas reperit sub hoc titulo: *Isti nomene incipiunt Dictati.* Has tamen formularum appellat, propterea quod ex illis provinciæ expressæ sint ab eo qui eas munies formulas, detracitis nominibus pro redigit, retinendo passim nomen Andecavis. In fine formularum hæc existabat clausula: *Spio mundi usque ad passionem Christi v millesimi anni fuerunt. Abinde peracis regnum se, Chlothario, Theodorigo, et Childerico, a initio anni sunt v millia DCCCLXXX, in anno tertio regis.* His verbis tenuiter scripti Codicis exemplaris, nempe annum tertium Theodorici, filii Chlodovei Junioris, designari putabillonius; atque ideo, cum in isdem formulæ Childeberti regis nomen non semel occurrat, et ad Childebertum Tertium revocandas esse, quæ ante ejus regnum exaratæ sint; nec ad

Childebertum Secundum referendas, quippe cujus nulla apud Andecavos fuerit auctoritas; sed eas Childeberti Primi tempori et principati esse assignandas conjiciebat. Verum hanc sententiam mutavit in Supplemento Librorum de Re diplomatica, in quo has formulas recudendas curavit. Ibi enim Codicem Weingartensem anno tertio Theodorici iv exaratum putat, nomenque Childeberti regis in formulæ non semel expressum, vel de Childeberto Primo, vel saltē de Childeberto Tertio intelligi posse. Omnes Codicis nævos, quos sanare facile erat, retinuit Mabillonius, doctorum virorum exemplum secutus, imo veterum instrumentorum scriptura rationem, ut constat ex libro i et vi de Re diplomatica. Abstinuit a fusioribus notis, quoniam loca, si qua sunt difficultiora, satis explicant eruditæ Dignonii note in Marculfum. Hæc collectio continet formulas LIX, in quibus lex Romana, consuetudo pagi, et principalis seu regalis potestas, sœpe memorantur.

INCIPIUNT DICTATI,  
SEU FORMULÆ ANDEGAVENSES.

*I. Formula solemnis de dole.*

Hic est testamentum quarto regnum domini nostri Childeberto Reges, quod fecit missus illi Chestanus. Cum iuxta consuetudinem Andicavis civitate, curia puplica recenteret in foro, ibique vir magnificus illi prosecutor dixit: Rogo te, vir laudabilis illi defensor, illi curator, illi magister militum, vel reliquum curia puplica, utique ohticias patere jobeatis, quia habeo quid apud acta prosequere [prosequi] debiam. Defensor principalis simul et omnis curia puplica dixerunt: Patent tibi coticis [codices] puplici; prosequere qua optas. Obedire illi per mandato suo pagina nulli injunxit, ut prosecutor existere deberit, qualiter mandatum, quam in dulcissimo jocali [jugal] meo illo sibi [fecit] pro omnis causationis suas, tam in pago [pago] quam et in palacio, seu in qualibet loca, accidere faciat illa porciones meas, quem ex aliote parentum meorum ei legibus obvenient vel obvenire debit, aut justissime ei est reddendum. E contra parentis suis vel contra cuiuslibet hominem accidere vel admallare seu et licitare facias inspecto illo mandato, quem in dulcissimo jocali meo illo sibi, gestis nuncipalibus adlegare debeam. Curia vero dixerunt: Mandato, quem tibi habere dicis, accipiat vir venerabilis illi diaconus et amanensis. Illi prosecutor dixit: Rogo domino meis omnibus puplicis, ut sicut mandatum istum legebuss cognovistis esse factum, ut dotem quem præ manibus tenio, vobis presentibus in foro publico jobeatis recitari. Curia vero dixerunt: Dotem quem te dicis præ manibus retinere, illi diaconus et amanensis Andecavis civitate nobis presentibus accipiat relegendum. Quo accepto dixit:

*Incipit mandatus.*

Domino mihi jocali meo illo. Rogo adque supplex dulcissima gratia vestra, ut ad vicem meum omnis causationis nostris, tam in pago quam et in palacio, seu in qualibet loca accidere faciat; et illas portiones nostras, quem ex aliote parentum meorum mihi legibus obvenisse vel obvenire debit, aut justissime nobis est reddendum, haec contra parentes meus vel contra cuiuslibet hominum accidere vel admallare seu additicare faciat. Et quicquid exinde ad vicem nostram egerris, feceris, gesseris, etenim me habeturum esse cognoscas rectum. Juratum mandatum Andecavis civitate, curia puplica.

*Incipit cesso.*

Dulcissima et cum integro amore diligenda sponsa mea, illa illius, nomen illa, ego illi. Et quia, propitiu Domino, juxta consuetudinem una cum voluntate parentum tuorum sponsavi, proinde cido tibi de rem paupertatis meae, tam pro sponsalitis, quam pro largitate tua, hoc est casu cum curta circumscinceta, mobile et immobile, silvas, pratus, pascuas, aquas aquarum ve decursibus, junctis et subjunctis, et in omnia superius nominata, tu dulcissima sponsa mea, ad die siliquissimo nuptiarum tibi per hanc cessione dileco adque transfundeo, ut in tua jure hoc recipere debas. Cido tibi bracle valente solidus tantus, tonencas tantas, lectario ad lecio vestito valentes solidus tantus, inauras aureas valente soledus tantus, annulos valentes solidus tantus. Cido tibi caballus cum sambuca et omnia stratura sua, boves tantus, vaccas cum sequentes tantus, ovis tantus, solidis tantis. Haec om-

A nia subscripta rem in tua jure et domenacione hoc recipere debias, vel posteris tuis, si inter nos procreati fuerunt, dereliquentis, salvo jure sae eti illius, cuius terræ esse videtur. Et si fuerit ullus unquam tempore, qui contra hanc cessione ista, quem ego in te bona voluntate conscribere rogavi, aut ego ipsi, aut ullus de heredibus meis vel propinquis meis, aut qualibet homo vel extranea aut emissa persona venire voluerit aut agere, vel repetire presumperit, ante lite ingressus duplet tibi tantum, et alio tantum, quantum cesso ista continet, aut eo tempore meliorata valuerit; et repetitione sua non obtentat effectum: et haec cesso ista atque voluntas nostra omni tempore firma permaneat.

Post hæc curia ait: Se adhuc aliquid abis ex hac causa aut agere debias, dic tu in presente. Illi prosecutor dixit: Gratias ageamus magnitudine vestre, quod dotem sua scripta quem prosequio, gestis nuncipalibus, ut habuit caretas vestra, allegasse.... fecisse vobis ex more conscripse....

*II. Hic est venditio, qui se ipsum vendit.*

\* Domino mihi illo, nequon et conjux sua illa, ego illi. Quia coniunxerunt mihi negligenter, quod res vestras furavi, et in alter transagere non possum, nisi ut integrum statum meum in vestrum debiam implecare servitium: ergo constat me nullo cogente imperium, sed plenissima voluntate mea: et si de hac causa reprobus apparuerit, pro ipsa negligenti integrum statum meum in vestrum servitium obligare debiam, ac cedere [F., accipere] a vobis pretium in quod mihi complacuit, soledus tantus, ut quidquid ab hodierno die de memetipso lacere volueritis, sicut et de reliqua mancipia vestra obnoxia, in omnibus Deo præsole habeatis potestatem faciendi quod volueritis. Si fuerit ego ipsi, aut aliquis de propinquis meis, vel qualibet extranea persona, qui contra hanc vinditionem, quem ego bona voluntate fieri rogavi, agere conaverit, inferit inter tibi et fisco soledus tantus vobis componat, et quod repetit vindicare non valeat, et haec vinditio atque voluntas mea firma permaneat.

*III. Hic est venditio de homine in esceno posito.*

† Domino mihi proprio illo, ego illi. Et quia coniunxerunt mihi culpas et meas magis negligenter pro furtu quid feci, unde ego in turmentis fui, et eologias feci, et morte periculum ex hoc incurro debui: sed habuit pietas vestra datis de ris [res] vestras solidus tantus. Ideo hanc epistolam venditione de integrum statum omni peculiare meo vobis, emittendam curavi, ut quidquid ab hodierno die de memetipso facere volueritis, sicut et de reliqua mancipia vestra originaria, in omnibus Deo præsole habeatis potestatem faciendi. Et si fuerit ego ipsi, aut aliquis de propinquis meis, vel qualibet extranea persona, qui contra hanc venditionem, quem ego ipsi bona voluntate fieri rogavi, agere conaverit, inferat inter tibi et fisco solidus tantus vobis componat, et quod repetit nihil valeat vindicare, et haec venditio perenni tempore firma permaneat.

*IV. Hic est venditio de terra conducta.*

Ego enim illi. Constat me vindedisse, et ita vendidi ad venerabile fratri illa vineola plus minus iunctus tantus, et residit in territorium sancti illius, in fundo illa illia, et accipi a vobis pretium, in quod

\* Vide Marculfum, lib. II, cap. 28, supra.

† Vide ibid.

mihi complacuit, hoc est soledus tantus, ut de ab hodiernum die memoratus emptor quicquid de ipsa vinea facere volueris, liberam in omnibus habeas potestatem faciendi. Si quis vero (quod esse non credo) se fuerit aut ego ipsi, aut ullus de heredibus meis, aut qualibet obposita persona, qui contra hanc vinditionem, quem ego bona voluntate fieri rogavi, venire aut resultare præsumpserit, duplit tantum et alio tantum quantum hæc vinditio ista contentit, et quod repetit vindicare non valeat, et hæc vinditio omni tempore firma permaneat. Actum Andecavisi.

#### V. Incipit securitas de supersallacione hic est.

Dum non est incognitum, qualiter aliquos homo, nomen illi, aliquo homine, nomen illi, mallavit de res suas, et ipse illi male ei exinde numquam fecisset. Proinde ipsi illi ante bonis hominibus convenit, ut hanc epistolam facere deberit, ut nullo unquam tempore contra ipso agere non præsumat. Quod si illi, aut aliqua persona ad vicem suam ipsa causa resultare præsumpserit, soledus tantus inter tibi et lisco conponere debiat, et quod repetit vindicare non valeat, et hæc securitas firma permaneat.

#### VI. Incipit item securitas.

Dum non est incognitum, quia ante hos dies aliquos homo nomen illi, item in via publica apud illo ei habuit, et cobebus [F., cobetus] super eum ipsi illi ei posuit : sic taliter convenit ipsius homo ad mediantis bonis hominibus, ut hunc securitate ipsus bono de ipsius cobebus seu et de ipsa lite, quem apud mihi abuit, facere deberit : quod ita et fecit. Et (quod futurum esse non credo) si fuerit ut ego ipsi, aut aliquis de heredibus meis, vel qualibet obposita persona, qui contra hanc securitate resultare præsumpserit, soledus tantus ei conponat, et quod repetit nihil valeat vindicare, et hæc securitas ista perenni tempore firma permaneat.

#### VII. Incipit securitas.

Domino venerabile et in Christo patri illo Abbat. vel omnis congregacio nostra et domini illius, ego illi. Et quia ad petitionem meam habuit pietas vestra fecisti mihi beneficium de rem vestra, et domini illius, hoc est lorello cognomenante, in pago illo, cum cassia, campis, terris, mancipiis, acolabus, pratis, pescuis, aquis aquarumve decursibus, vestrum præjudicium, et domini illius tenire et possidere debuit; et spondio vobis annis singulis cinsosoledus tantus, et post quoque meum discessum jure vestro et domini illius cum rem meliorata, quantumcumque in ipso loco inventum fuerit, revertatur, et accipiat abeque illius contrarietate aut repetitione propinquorum meorum, annuante Domino, ut mis [mos] est virorum atque magnorum opidi, confirmandum.

#### VIII. Incipit concamus.

In Dei nomen placuit atque convenit inter illus et illius, ut inter se campellus commutare deberint, quod ita et fecerunt. Hoc est, dedit illi ad ratione illo campo ferente modius tantus, et est super terretario sancti illius, et subjungat de unus latus campus illius. Similiter in alio loco dedit illi super ipso terretario ad ratione illo campello ferente modius tantus, et subjungat de uno latere campus illius : ut quicquid exinde facere voluerit, abeque præjudicium sancti illius, cuius terræesse videtur, liberam in omnibus habeas potestatem. Si fuerit unus quis qui contra pare suo agere aut resultare præsumpserit, partem quod accepit a pare suo amittit, et insuper multa legis damnnum incurrit. Et hæc epistolam uni tenorum conscriptas, quem inter nos [nos] fieri rogavimus, firmas permaneant.

#### IX. Incipit vindicio, quam facit qui se ipso vindicit.

Domino fratri illo, necnon et conjux sua illa, ego illi, qui commandeo in pago illo. Constat me vindic-

\* Vide Marculfum, lib. II, cap. 23, supra.

A disse, et ita vindidi vobis vernacula juris mei, nomen illi, et accipi inde precium in argento uncias tantas : ut quicquid ab hodierna die ipso vernaculo facere volueritis, habendi, tenende, donande, vindende, seu coenamandi, quomodo et de re aliqua mancipia vestra obnoxia exinde facere volueritis, liberam beatissimam potestatem. Et si quis, ego ipsi, aut aliquis de heredibus meis, vel qualibet extranea persona, qui contra hanc vindicionem, quem ego bona voluntate fieri rogavi, agere conaverit, inter tibi et lisco soledus tantus vobis couponat, et quod repetit nihil valeat vindicare, et hæc vindicio adque voluntas mea perenni tempore firma permaneat.

#### X. Incipit judicium.

Veniens homo, nomen illi, ante venerabile vir illo abbate vel reliquis viris venerabilibus adque magnificis, quorum nomina sublatis tenuntur inserti, interpellabat aliquo homine nomen illi, quasi servitium ei redeberit; et illi taliter de presente aderat, et hoc fortiter denegabat, quod servitium numquam redebet. Interrogatum fuit ipsius illi de sua agnitione aliis homines in suum servitium habebat, an non : et ipsi illi taliter locutus fuit, ut hoc non redebeat, nam ipsi illi servitium ei non redebeat, at de agnitione aut de comparato ut hoc inter se intenderent, ut dum ipsi illi alias homines de sua agnitione non redebent. Sic viam fuit ipsius abbatii vel quibus in eius aderant, ut ipsi homo apud homines xij, manus sua xij, in basileca domine illius, in noctis tantis conjurare deberet, quod de annis xxx seu amplius, servitium ei numquam redobebat; se hoc facere potebat, ipsi illi de hac causa contra ipso illo compascere debet : sin autem non potuerit, hoc inimendare studiat.

#### Incipit notitia de supradicto judicio.

C Notitia sacramenti, qualiter vel quibus praesentibus ingressus est illi apud homines tantus ingenuos super altare illius Andecavisi civitate, pro eo quod homine, nomen illi, ipso pro servitium interpellabat ad vicem genitore suo seu et genetricie sua. Juratus dixit, juxta quod judicium ex hoc loquitur per hanc loco sancto et divina omnia quod hic aguntur, de annis xxx seu amplius sub ingenuitate nomen resedi: nain et ipsi superiorius nomenatus servitium non rededi, nec redebio pro reverentia loci. Id sunt quorum praesentia.

#### XI. Incipit judicium.

Veniens homo, nomen illi, Andecavisi civitate, ante illo agente vel reliquis qui cum eo aderant, interpellabat aliquo homine, nomen illi, quasi iumento suo ad furtis conditionibus abuissit, et ipsi illi una cum genitore suo ibidem aderat, et hoc fortiter denegabat, quod ipso iumento numquam habuisset. Sic visum fuit ipso agente qui cum ipso aderunt, ut genitor suos illi pro filio suo illo, quia et ipsi genitor D apud homines tantus ipsi illi in basileca domini illius in noctis tantis pro filio suo excusare deberet ; se hoc facere potebat, ipsi illi contra ipso illo compascere deberet : sin autem non potuerit, hoc contra ipso emendare stodiat.

#### Incipit noticia.

Noticia sacramenti, qualiter vel quibus praesentibus ingressus est illi in basileca domine illius pro judicio, illo agente juratus dixit : Per hunc loco sancto et divina omnia quod hic aguntur, que hic Deo pleniis offeruntur, unde me illi reputabat [reputabat], quasi iumento suo ad furtis conditionis post me habuisset, et per meum ingenium ipso iumento digere habuisset, nec ipso iumento numquam habui, nec per meum nullum ingenium ipso iumento numquam perdedit, nec aliud tibi de hac causa non redebio, nisi isto edonio sacramento.

**XII. Incipit a solsadia.**

Noticia solsadii, qualiter vel quibus praesentibus illi homo placetum suum adtendit. Andecavis civitate Kaendos illas, per judicio infustri illo comite, vel auditores suis, ac contra homines his nominibus illis et illus, vel genericti eorum, nomen illa, una cum abunculo eorum illo, dum dicerit, quasi aliqua femena, nomen illa, genetore eorum, nomen illo, pro maleficio eum interfecisset. Qui ipsi jam superius nomenati placetum eorum legibus a mane usque ad vesperum visi fuerunt custodisse. Nam ipsa femena nec ad placetum advenit, nec missus ad persona, adirexit, qui sonia redehuiisset. Propterea necesse fuit predictis hominibus, ut hanc noticiam, honorum hominum manibus roboratas, prosequere deberent, qualiter et visi sunt fecisse.

**XIII. Incipit item solsadia.**

Noticia solsadii, qualiter vel quibus praesentibus veniens homo, nomen illi, placitum suum adtendit. Andecavis civitate, in basileca domini illius, unde eum haec contra hominem, nomen illo, quem ante illo agente fuit inratione pro iuramento suo, etc.

**XIV. Item solsadii.**

Noticia qualiter solsadii, vel quibus praesentibus veniens illi in basileo sancti illius Andecavis civitate, placetum suum adtendit contra hominem, nomen illo, quem ante illo agente fuit inrationes pro agente, quod hoc die illo quod fecit mensis illi dies tantus, conjurare deberit una cum hominis suis, qui illi ad placitum adfuit, una cum testis suis pro legibus triduum custodivit et solsadiit; nec illi nec ad placito adfuit, nec ultra persona ad vicem suam direxit, qui ipso placito custodisset, aut sonia numerare deberit: quos praesens placitus ipsius fuit custoditus aut solsadii; aut hanc noticiam manibus eorum subter firmaverunt.

**XV. Incipit Sacramentalis.**

Breve saeramenti, qualiter et quos praesentibus ingressus est homo, nomen illi, Andecavis civitate, die illo, quod fecit mensis illi, dies tantus, in basilica domine illius. Juratus dixit: Per hunc loco sancto et divina omnia que hic aguntur, quae hic Deo plenius offeruntur, unde mihi homo, nomen illi, interpellabat, eo quod cabollo suo fuisse; aut in taxato post me habuisset; hoc conjurare quod cabollo suo, quem mihi reputabat, numquam furavi, nec conscientis ad ipso furandum numquam fuisse; nec post me in taxata ipso cabollo numquam habui, nec alio tibi exinde non redebio, nisi isto edonio sacramento, quem iudicatum habui, et legibus transibi. Id sunt qui hunc sacramento audierunt, manibus eorum subter firmaverunt.

**XVI. Incipit noticia.**

Noticia qualiter vel quibus praesentibus illi et illi placitum eorum adtenderunt Andecavis civitate, in basileca domine illius, pro judicio illo preposito, unde aliqua femina, nomen illa, habuit interpellatus pro illa re, qui illi et germanus suos illi ad ipso placito advenerunt, et homines suos hic presentaverunt, ut ipso sacramento excusare deberent. Nam ipsa illa femina ad ipso placito adfuit; et ipso sacramento menime recipere voluit, qui illi ex germano suo illi placitum eorum legibus custodierunt. Propterea necessarium fuit, ut ex hoc noticia accipere deberent: quod ita et fecimus.

**XVII. Incipit vacuatoria.**

Dum cognitum est, quod homo, nomen illi, vinditione de integrum statum suum ad hominem, nomen

\* Mabillonius putavit solsadium designare impedimentum, excusationem; sed hoc ex contextu non apparet; imo clarum est esse testimonium judiciale comparutionis ex parte impenitentis, sive constituti

A illo, et cogitare [conjugem] sua illa, et ipsa vinditione menime [minime] invenisse non potuerunt. Proinde manus nostras firmatus vobis emittebam curavi, ubi et ubi ipsa vindictio inventa fuerit, inanis permaniat, et haec vacuatoria firma permaniat.

**XVIII. Incipit item vacuatoria.**

Dum cognitum est qualiter aliquos homo, nomen illi, aliquo homino, nomen illo, cautione immissa habuit pro factum suum, quo ei beneficium facit argento uncias tantas, ut inter annus tantus, qualcumque ei servitum injunxerit, ei facere debiret. Et ipsi homo cautione minime invenire non poterit. Proinde mano mea et bonorum hominum vacuatoria tibi prouide dedi, dum tu ris [res] meas rededisti, ubi et ubi cautio ipsa inventa fuerit, vacua et inanis permaneat, et haec vacuatoria firma permaniat.

**XIX. Incipit vindicio.**

Domino mihi semper illo illi. Et pro necessitatibus temporum et vidi [F., vita] compendium etiam sterilitas et inopia praecinxit, ut in alter transagere non possum, nisi ut integrum statum meum in vestrum debiam impicare servicium. Ergo constat me nullo cogente imperio, sed plenissima voluntate mea, et accipi a vobis pro suprascriptum statum meum. hoc est in quod mihi complacuit, in auro valente soledus tantus, ut quicquid ab hodiernum diem de memelitipo facere volueris, sicut et de reliqua vestra obnoxia, in omnibus Deo praesole habeatis facultatem faciendi. Si quis vero aut ego ipsi, etc., ut supra.

**XX. Incipit ingenuitas a die presente.**

<sup>b</sup> In Dei nomen ille, delectissimo nostro illo. Noverit iste pro divinitatis intuitu et animae meae remedium vel alterna retributione tua, extenuis a die praesente ingenuum esse precipimus, tamquam ali ingenuis parentibus fuisse procreatus, et nullius tibi heredum ac proheredum meorum nec servicium, nec ullum obsequium ultra debere cognoscas, sed potius a so defensione sanctum illius in integra valere residere ingenuitas. Et si fuerit unus de heredibus meis, vel qualibet extranea persona, qui contra haec ingenuitatem, quem ego bona voluntate fieri rogavi, venire aut resultare presumperit, in primis Dei incurrat judicium, et de sanciorum loca efficiatur extraneus, et insuper multa legis dannum incurrat auri libra una, argento pondo tantum; et quod repertus vindicare non valeat, et haec ingenuitas porenni tempore firma permaniat.

**XXI. Incipit vindicio.**

Ego enim illi constat me vendedit, et ita vendidi ad illo campello ferente modius tantus, et est super territorium sancti illius, in villa illa, et subjungit de terra illa, deinceps latere campus illius, taxato precio: hoc est in quod mihi complacuit, valente soledus tantus, ut quicquid ab hodierna die de ipso campo agere volueris, absque prajudicium sancti illius, cuius terre esse videtur, liberam in omnibus habeas potestatem. Et si fuerit ego ipsi, etc.

**XXII. Incipit cautio de vinea.**

Ego enim illi. Constat me accepisse, et ita accepi per haic cautionem ad praestatum beneficium de homine, nomen illo, hoc est in quod mihi complacuit, in argento soledus tantus; et in pignore tibi conditionis definito tibi pro ipso beneficium inter annus tantus vinia medio jucto [jugere] tantum, qui est super territorium sancti illius, in villa illa, et subjungit de uno latere vinias illius, ut interim res vestras micum habuero illa blada, quem ibide Deus dederit, in tuam revoces potestatu. Et quod, si

diei judicialis id enim solsadia vult) observationem (Eccardus, in notis ad legem Salicam, tit. xi, Edit. Heroldi.)

<sup>b</sup> Vide Marculfum, lib. ii, cap. 32.

adsolet, ipsi annus tantus completi fuerunt, rem A vestram reddere debiam, et cautionem meam recipere facias, aut tibi, aut cui cautionem istam dederis ad exagendum.

### XXIII. *Incipit ingenuitas.*

Dilectissimo nostro illo ego ille. Noveris te pro divinitatis intuitu et anime meæ remedium, vel alterna retributione eatenus ad jucum servitudinis tibi absolvemus, ut quamdiu advixeris, de meum non discedas servitium; et post menm quoque discussum cum omni peculiare quod habes, aut laborare potueris, ingenuam ducas vitam, tamquam se ab ingenuis parentibus suis procreatus, et nullius tibi nec servitum, nec nullum obsequium heredum ac proheredum meorum te quicquam redebere cognoscas, nisi sub defensione sancti basileci domini illius praebat obsequium, non requiratur. Si quis (quod futurum esse non credo) si fuerit unus de heredibus inris, vel qualibet obposita persona, qui contra hanc ingenuitatem, quem ego bona voluntate fieri rogavi, agere conaverit, in primitus Dei incurrat judicio, et a liuinibus ecclesiarum, basilicarum vel omnium sacerdotum excommunus accipiat illa maledictionem, quem Juda Scariotis accipiat, et mea voluntate cum Christo accipiat misericordia; et quod repetit numquam valeat sua voluntas obtinere, et ingenuitas ista perenni tempore firma permaneat.

### XXIV. *Incipit judicium.*

Eveniens illi Andecavis civitate ante illo Preposito vel reliquis hominibus, qui cum eo aderant, interpellabant aliquo homine, nomen illo, quasi animalia per sua menata eos ducere habuisset, et ipsa animalia per sua menata alias mortas fuerant, et ipsa pecora illi exorticassit, posteaque mortas fuerunt. Interrogatum fuit ipsi illi quid de hac causa responso daret; et ipsi illi taliter locutus fuit, quod nec sua animalia numquam manens, nec per sua menata ipsa animalia degere numquam habuisset, nec de manus suas exorticas numquam fuissent. Proprietary visum fuit ad ipso Preposito, vel qui cum ipso aderant, ut in noctis tantas apud homines tantus ipsi illi in basileca domini illius excusare deberet: se hoc facere debebat, de hac causa ipsi illi compascere debirit: sin autem non poterit, quicquid lex de tale causa edocet emendare stodiat.

### XXV. *Incipit vindicio qui se ipsum vindit.*

Dominu magnifico fratri illo, necnon et conjux sua illa. Nos enim illi et cognuje sua illa constat nus vindedisse et ita vendedimus a vobis estus [status] nostros cum omni peculiare quod habemus aut locare poteremus, manso et terra vel vinolas, quantumcumque ad die presente possidere videtur, in fundo illa villa in se super terra ecclesie Andecavisi, vel obique habere visi sumus. Unde accipimus de vobis precium quod nobis complacuit, hoc est in auro valente soledus tantus, ut post hunc diem memorati emptores quicquid de nus ipsis vel de heredis nostris facere voluerint, habeant potestatem faciendi. Si quis vero, etc.

### XXVI. *Incipit securitas.*

Dum non habetur incognitum qualiter aliqua feminæ, nomen illa, apud hominem sancti illius, nomen illo, litis intentione habuit de illo rapto, quod ipsa fuit, ut ipsa ad pacem concordiam voluntate ad ipsa feminæ facere deberent: quod ita et fecerunt. Unde convenit, ut si homo manu sua firmata exinde accipere deberet, quod ita et fecit, ut se ipsa femina post hunc diem resultare voluerit, contra hominem soledus tantus conponat. Facta securitas.

\* Rauba hic depositum, alias furtum.

Ad parciaricias, id est, ad partem, seu medietatem.

### XXVII. *Incipit vindicio proprietatis.*

Domino venerabile et in Christo Patri illo abbate ego illi et conjux mea illa. Constat nus vindedisse, et ita vindedimus vobis terra proprietatis nostræ, in loco noncupante illo, et accipi proinde pretio de vobis in quod nobis complacuit, hoc est in argento soledus tantus, etc. Et haec vindicio perenni tempore firma permaneat stipulatione subnixa. Actum est.

### XXVIII. *Incipit judicium.*

Veniens illi Andecavis civitate ante illo agente, necnon et illo, vel reliquis qui cum illo aderant, interpellabat aliquo homine, nomen illo, quasi fossado per terra sua, in loco nuncupante, qui vocatur illa villa, qui aspergit ad illa, ei fossadasset. Et taliter ipsi homo dedit responso, quod terra sua fossado fecisset: nam terra ad illo hominem numquam fossadasset. Visus fuit ab ipsis magnificis, ut illi in noctis tantas apud homines tantus vicinis circa manentis de ipsa condita mano sua quarta in basileca domini illius senioris excusare deberet, quod terra sua malo ordine numquam fossadasset. Si hoc facere potebat, quietus et securus resediat; sin autem non potuerit, contra ipso hominem satisfacere debeat.

### XXIX. *Incipit judicium.*

C Veniens homo, nomen illi, apud feminæ, nomen illa, qui fuit conjux illa quondam germanus illius, ante venerabile vir illi abbate, interpellaverunt hominem, nomen illo, quasi servitum qui fuerunt ipsius illi, quondam post se habuisset commandatas, hoc est illam rem qui illi ad præsens aderat: et hoc totum fortiter denegabat. Interrogaverunt ipsius illi, se [si] habebat homines qui de præsente fuissent, ut vidissent quando ipsa \* rauba ipsi illi et ille commandasset. Taliter visum fuit ab ipso abbate, vel qui cum eo aderant, in noctis tantis daret homines tantus bene fidem habentes vicinis circa manentis, qui de præsente fuissent et vidissent suprascripto illo quondam ipsa rauba ipsi illi commandasset, ut hoc in basilica domini illius conjurare deberit, ipsius illi per legem emendare stodiat. Sin autem non putuerit, de hac causa ipsi illi omni tempore ductus, quietus atque securus valeat resedire.

### XXX. *Incipit item judicium.*

D Veniens illi ante illo abbate vel reliquis qui cum eo aderant, interpellabat aliquo homine, nomen illo, quasi vineas suas, quæ erant illius, quondam illi b ad parciaricias dedisset, ut quamdiu ipsi illi se aptiscavit, ipsas vineas ad parciaricias habere debat. Interrogatum fuit ipsius illi, si ipsas viñas apud ipsis fuerunt, an non. Taliter ipsi locutus fuit, quod illas convenientias, quod ipsi illi dicebat, apud ipso numquam habuit. Visum fuit ipsius abbate, ut dum hoc denegabat, quod ipsas convenientias numquam habuit, ut apud homines tantus in basileca domini illius excusare deberet, quod ipsas convenientias inter se numquam habuissent. Se hoc facere potebat, precium, quod de ipso illo acciperet ei reddere debiat: sin autem non potuerit, contra ipso emendare stodiat.

### XXXI. *Incipit appensis.*

Dum non est incognitum, qualiter aliquis homo, nomen illo, et conjugæ sua illa, in terra eorum, in loco illo, per nocte fuit a pessimis naufragium passus, et exinde perdidit et pecunia sua, et mobele suo, seu et strumenta sua quam plureinas, vindicionis, donis, compositionis, contulitionis, pactis, commutationis, convenientias, securitates, vacuaturias, judiciorum, et noticias. Unde necesse ei fuit ad vocare iudicis seu et vicinis circa manentis, seu et universa parocia illa, et ibidem invenirent et ostia

\* Vide Marculfum, lib. 1, cap. 55 et 34, supra.

sua fracta, et portis suas conquassatis, et ipso loco graviter devastata. Prinde petit ab ipsis bonis hominibus: in eundem prospectio accesserunt, invenierunt sicut tum esset, cuius nomina subter sunt inserta, ut hunc noticia relatione praesto ei affirmare deberent. Quod ita et fecerunt, qualiter melius possit Andecavis civitate affirmare.

### XXXII. *Incipit item appennis.*

Quicumque ad latrunculos, sceleratoribus, seditionis seu incendiariis, in qua provincia vim aut daunum pertulerit, oportet hoc eidem rectores civium seu curiales provinciae, in qua perpetratum fuisse perhibetur, palam ostendere, et publica denuntiatione manifestare. Igitur cum pro utilitate ecclesiae vel principale negotio apostolicus vir, illi episcopus; necnon et inluter vir illi comes, in civitate Andecave cum reliquis venerabilibus atque magnificis rei publicae viris resedisset. Ibique veniens homo, nomen illi, palam suggesteret, ceu casa sua in loco noncupante illo, eo quod mali homines per cœcata nocte ad casa sua in loco noncupante illo advenissent, et ostia sua frigissent, vel res suas, aurum, argentum, species, vestimentum, fabricaturas suas, vasa ærea, vel reliquias res quamplures, cum strumenta cartarum vindicionis, cautionis, cessionis, donationis, dotis, composicionalis, contulutionis, pactis, commutationis, convenientiis, securitatis, vacuaturis, iudicis et notitias, oblegationis, vel reliquias res quamplures, quam longum est per singula minutis, ad furtis causis deportassent. Unde per ipsas cartas pluras terras post se dicere venditum: et in crastenum locale accessione una cum bonas extraneas personas vicinis circa manentis in ipso loco manibus eorum roboratas accessisse: et ob hoc cognita relatione ante suprascriptius senioris præsentabant ad relegendum, per quem ipsum seniores cognoverunt, quod ipsa causa taliter acta vel perpetrata fuisset. Dum taliter diligentia inquirere videtur, subiectum fuit ad ipsas bonas straneas personas vicinis circa manentes, qui bene optime ex hoc comperti aderant, quid exinde cognoscibant, veraciter enarrare deberent, se ipsi homo taliter præbuerunt testimonium, ut inspecta illa epistola, quem illi præsentabat, sua denuntiatione veraciter concordabant. Duni sic in omnibus devulgata claruit, si suprascriptus pontifex et ipsi comis, vel qui cum eo aderant, denuntiaverunt ipsum illi, ut quicquid per annorum spatiæ de eo tempore usque nunc recte et legaliter possederat, mantea obsolete principale negotio recto tramite testata lege servit, res suas ipsi aut heredis sui tenire et possidere faciant. Et pro presente et futura tempora convenit, ut hanc cartola, qui vocatur appennis, præfatorum seniorum vel reliquorum civium eorum manibus roboratas acciperet, affirmare deberet: quod ita et fecit: ita ut duo appennis coæqualis ex hoc affirmatus accipiat, unum, quem ipsi apud se retineat; et alium, quem in fôro publico suspenditur. Facto Appenni.

### XXXIII. *Incipit noticia ad appeno firmare.*

Cum per cœca cupiditate per loca orbana semper hostis antiquus bella consurget, et solent homines perfidi et pessimi per malum intolerabilia mala subire, tam ab hostibus, quam latrunculus, per talas et fortis, per captiores et rapacis conmorere, et communicare gravis damnos ætatis. Igitur non est incognitum qualiter aliquo homine, nomen illo, contingit gravis naufragius, quod in villa illa casa sua per nocte fuit effracta, et omnes præsidios suos, aurum, argentum, æramentum, vestimentum, utensilia, pecunia, seu strumenta cartarum quamplurimas, vindicionis, cautionis, cessionis, donationis, dotis, composicionalis, pactis, commutations, convenientiis,

A nientiis, securitatis, vacuaturias, iudicis et notitias, seu et omnes soleunitas, per quem a longo tempore usque modo res suas domenavit, per ipsu furte exinde fuit deportata. Prinde necesse fuit a pedicto illo in crastenum maturis mane judici puleco vicinis circa manentes, ad ipso loco convocare: et ibidem venientes invenierunt sic esse factum, seris incisis ostias concapolatas, portas perforatas, conscientia seu et universa quæ supra memoravimus, per ipso furto perinde esset abstracta. Dum sic cessit veraciis, ut melius possit exinde appenni in civitate regione ipse ipsius prosequere et affirmare, petit ad ipsius vicinus et judge, qui in ipsa cautione fuerunt, manibus propriis in hunc prospectum notitia relationis affirmare deberent: quod ita et fecerunt.

### XXXIV. *Incipit [ libellus ] dotis.*

Annum <sup>a</sup> iv regnum domini nostri Childeberto reges. Ego in Dei nomen illi fateor me hunc libellum dote scribere deberem, quod ita et fecerim, ad dulcissima sponsa mea, nomen illa, pro amore dulcitudinem suam, emitto tibi in cartola libelli dotes casa jam dicta puella sponsa mea illa habiat, teniat, possideat, faciat quod voluerit. Et si quis vero, aut ego ipsi, vel quislibet opposita persona, qui contra hoc voluntate meam facta aut libellum dote ista conscripta aut agere præsumperit, sole dus tantus coactus exsolvat. Et si quis .... non obtineat effectum.

### *Incipit epistola.*

Ego enim illi fateor me hanc epistola facere debere, quod ita et feci, ad cogujæ mea illa propter amore dulcitudinem suam et servicium circa me iependentis, cedo tibi atque transcribo capsæ de casa cum ipso villare, ut ipsa casa resedet, ut ab hodierno die ipsas res denominatas habeas, teneas, possideas. Et si quis vero, etc.

### XXXV. *Incipit item cesso.*

Ego enim illi fateor me hanc cessionem facere debere, quod ita et feci ei, ad dulcissimo nepote meo, nomen illo. Cedo ei propter amorem dulcitudinem suam casa, ut ab hodierno die ipsam rem conscriptam habeas, teneas, possideas, etc.

### XXXVI. *Incipit epistola, quam pater et mater facit in filio.*

<sup>b</sup> Licet unicuique de rebus suis, quas in præsente sacerulo [babere] videtur, tamen ad sancta loca seu parentum meliorare, et lex manet et consuetudo longinquæ percurrit facere quod voluerit. Idcirco ego in Dei nomen illi, et cogujæ [conjuge] mea illa dulcissima, et a nobiscum integra amore diligendo filio ilio. Duni in omnibus, et per omnia, et super totum nobis fideliter servire videris, multas penurias et injurias per diversa loca pro nostra necessitate suscepisti, et in utilitate dominorum partibus Britanicis seu Wasconici hostiliter ordine ad specia mea fuiti: prouinde convenit nobis, ut aliiquid de facultatis nostræ te emeliorare debererit: quod ita et fecerunt. Ergo transcrivimus tibi mansello nostro illo super territorio vir inluster illo, et hoc cum domibus, ædificiis, mancipiis, viniis, silvis, pratis, aquis, aquarumque de cursibus, juncis et adjacentiis, quantumcumque ibidem nos tenire visi sumus, hoc ad die præsente perpetualiter ordine tradimus ad possedendum, et hoc est habendi, tenendi seu communandi posteris tuis, vel ubi tua deceverit voluntas, derelinquendi, et ubi alibi ex nostra sine epistolis oblegataam et infantis nostris remutarent, tu cum ipsis æqualis lanciæ dividere facias. Et in hanc paginola intimare convenit, si nos ipsi aut heredis seu propinquis nostris, aut militans extranea persona, qui contra hanc epistola aliqua querilla aut refragatione con-

<sup>a</sup> Vide Marculfum, lib. II, cap. 15, supra.

<sup>b</sup> Vide, infra, cap. 57.

traire voluerimus, soledus tantus tibi sociante si-  
eo conponat, et nil vindictet quod repetet; et haec  
voluntas nostra cum manus nostras roboras omni  
tempore cum lege Aquiliani non dbeat esse incon  
vulta.

**XXXVII. Incipit cautio de homine.**

Domino magnifice fratri illi, ego iMe. Constat me  
accipisse, et ita accepi a vobis per hanc cautionem  
ad pristinum beneficium, hoc est, in argento uncias  
tantas: in loco pignoris emitto vobis statum meum  
mediatorem, ut in unaquisque sepiem ad die stantibus  
qualecumque operam mihi legitemam injunxeris,  
facere debiassemus. Cum annos tantus compliti fuerint,  
res vestras redibere debias, et cautionem meam  
recipere faciam. Et si exinde de ipsa opera, aut de  
ipsas res ad ipso placito negligens tardius fuero, aut  
voluntate vestra exinde non habuero; tunc me con  
stat res vestras in duplum debiam esse redditurus,  
aut vobis, aut cui cautione ista dederis ad exagenda.

**XXXVIII. Incipit securitas.**

Ego enim illi, Quia dum non est incognitum, qua  
liter aliquos homo, nomen illi, et quia ante hos dies  
habuit interpellationem, dum dicerit, quasi casa sua  
infregisset, et res suas exinde deportassit. Unde et  
ipsi illi habuit, ut hoc in basilica sancti iliu apud  
homines tantus conjurare deberet. Sed metuentes ho  
nis hominibus, eos concordare dixerunt. Et si recon  
gnovi, et in nullo modo culpabile exinde ipso non in  
veni, convenit ut manu sua exinde facere deberet;  
quod ita et fecit; ut nullo unquam tempore contra  
ipsis nulla calunnia, neque repetitione facere non  
debas, sed, sicut dixi, quietus et securus residias.  
Etsi fuerit aut ego ipsi, etc.

**XXXIX. Incipit cessio [in dotem].**

Dulcissima et cum integro amore diligenda spon  
sa mea, nomen illa, ego illi, filius illius. Dum non  
habetur incognitum, sed pluris habetur cognitum,  
qualiter te secundum lege Romana sponsataum visus  
sum habere, in animis meis plenius tractavi, ut tibi  
aliquid de re pauperaticola mea concidere debirem;  
quod ita et feci: hoc est, cedo tibi membro de casa  
cum inobile et immobile, in fundo illa villa, super  
terrarium sancti ilius, cum villare vel omne cir  
cumincto suo, juxta caso illius, lecto ve-tito, vesti  
mentum tantum, fabricaturas in soledus tantus, man  
cipia tanta, his nominebus illius et illus, boves tantus,  
varcas tantus cum sequentis tantis, ovis tantus, so  
lidis tantus, campo cum silva ferentes modius tan  
tus; de unus latus est campus illius, vinia jucius  
tantus de unus latus est vinia illius, prato juctus  
tantus: Haec omnia superioris nominata ad die felicis  
simo nupiarum hoc ad die praesente habeas conces  
sum, dum advixeris, perpetualiter ad usumfructua  
rio ad posseendum, absque prejudicio [sancti illius]  
cujus terræ esse videtur. Si vero quod fieri non cre  
do, etc.

**XL. Incipit jus liberorum.**

Dulcissimo et cum integro amore diligendo jocale  
meo illo, illa. Sane in Dei nomine mente sanoque  
consilio meditantis casus humanæ fragilitatis cor  
pore, ne nos contingit ultimos dies inordinatus, quod  
Deus avertat, de hujus sæculi lustris discederemus,  
debitumve naturæ compleverimus, dum in terra nus  
sobolus non habebus, nostrumque elegemus con  
spirante Deo commune consilio per cartolæ textum  
nostrum voluntate conscribere. Ideo ego memoratus  
illi, si tu mihi dulcissima conjux mea illa superstitionis  
fueris, cum ego de hac luce discessero, debitumve  
naturæ complevero, tunc tu tris portionis de omni  
corpore facultatis mœx, quem in pago illo et illo ex  
aloto parentum meorum, vel de quelibet contracto  
ubi legibus obvenit, si prolis interim non fuerint

\* Vide, infra, cap. 58.

A procreati, tibi transscribo, ut quicquid exinde in  
postmodum exinde volueris faciendam, id est tam  
in domibus, aedificiis, mancipiis, vineis, silvis, prati  
cis, agris, accolabus, aquis, aquarumque decursibus,  
junctis et subjunctis, mobilebus cum omne jure et  
soliditate eorum, integrum, sicut a me fuit posses  
sum, possedendum tuo jure recipias, et perpetualiter  
possideas; et quicquid exinde elegeris, faciendi li  
berum potiari arbitrium. Quia rem ipsam aliter quam  
quod hereditibus meis, illa quarta vero portione re  
servaverunt, haec contra vos propinquorum herediti  
bus legitimis meis re-servo, ut tu conjux mea illa  
illas tris portionis, et ipsi hereditis mei illa quarta si  
milter debetis percipere et possidere. Similiter ego  
illa in ara, juxta ut superius contenitur depictum,  
religionis quos tenet terra mea.... ad vos voluntate  
mea conscriptas, et ego ad similitudinem concridero  
rogavi. Ergo si tu mihi dulcissimus jocalis meus illi  
superstitionis fueris, cum ego de hac luce discessero,  
debitumve naturæ complevero, tunc tu tris partis de  
omni corpore facultatis mœx, quod in pago illo et  
illo ex aloto parentum meorum abire videor, hereditis  
meos in ipsis tris partis fattiden.... ut quicquid de  
ipsis tris partis de alote meo, se prolis inter nos non  
fuerint procreati, facere volueris, tam in domibus,  
aedificiis, mancipiis, vineis, silvis, agris, cultis et  
incultis, pratis accolabus, sicut a me fuit possessum,  
possideas, et rebus tam quod ad præsens possidere  
videor, ut mihi in ante justum rededitum est, tu hoc  
Integro jure percipias recipere, etc.

**XLI. Incipit securitas.**

Ego enim illi qui commaneo villa illa sancti illius.  
Convenit mihi bona voluntate ac securitate ad ho  
mine, nomen illo, facere debere; quod ita et feci;  
pro eo quod illum rem ad furtis conditionis post ha  
buerit, et accepit exinde argento tantum. Proinde  
manomea et bonorum firmata tibi exinde dedisse, ut  
post hunc diem de hac causa quietus et securus re  
sidias. Et si fuerit aut ego ipse, etc.

**XLII. Incipit epistola quem hominem repotav: de res  
suas.**

Dum cognitum est quod homo, nomen illi, aliquo  
homine, nomen illo, nullavit pro res suas, et ipsi illi  
male ei exinde nunquam male fecisset. Proinde ipsi  
illi ante bonis hominibus convenit, ut hanc epistolam  
facere deberit, ut nullo unquam tempore contra ipsum  
agere non præsumat. Quod si il aut aliqua per  
sona, etc.

**XLIII. Incipit securitas de rapto.**

Ego enim illi. Constat me acceperisse de illo integro  
compositione, pro eo quod apud hominem, nomen illo,  
puella sua tradenda fuit, dedi ei ad ipso illo soledus  
tantus. Proinde manu sua firmata et bonorum homini  
num accepi, ut post hunc diem neque illi, neque  
nullus de hereditibus suis, nulla calunnia nec repeti  
tione habere non debias, sed, sicut dixi, de hac causa  
quietus residias. Et si fuerit aut ego ipsi, etc.

**XLIV. Incipit notitia [de matrimonio servorum].**

Notitia \* qualiter illi et illi. Non habitur incog  
nitum, qualiter servus nomen illi, ancilla ad illo, no  
men illa, extra voluntatem ad conjugium se con  
junxerunt: sed modo nos una pacis concordia con  
venit, ut de agnatione qui de ipsis procreati fuerint,  
illi ad ancilla sua duas partes recipiat, ego et illi ad  
servo suo illo tertia, et quod ipsi aliquid stante con  
jugio convenerint, illo servo suo de ipso peculare  
duas partes recipiat: similiter et illa ad ancilla sua  
illa tertia. Proinde ut in postmodum nulla alteratio  
inter nos non debeat esse, ut manus nostra exinde  
per duas epistolæ uno tenore conscriptas facere de  
berimus; quod ita et fecimus; et pro rei totius firmata  
modo adfirmavimus, ut nee nos ipsi, nec ullus  
de hereditibus vel de propinquis nostris, aut militiaus

stranea persona, qui contra istas epistolae venire voluerit, ad dupla precunia tenetur omnino; et illa petitio non obtinet effectum, et has convenientias inconcessu et inconvulso teniat firmitate.

**XLV. Incipit epistola qui de heredibus alicui aut ecclesiae delegat.**

Lex Romana et antiqua consuetudo exposcit, ut unus quis homo, dum in suum contineat arbitrium, de rebus suis propriis aliquid pro anima sua compendium dare decreverit, licentiam habeat, et illud quod ad loca sanctorum, ad congregationem monachorum confertur, numquam perit, sed ad memoriam aeternam et justitiam reputatur. Igitur ego enim in Dei nomen inluster vir ille, necnon et conguje mea inlustra matrona illa, convenit nobis unanimiter pertractantes, ut aliquid de rebus nostris in monasterio nostro, quem communiter edificavimus, qui est in honore sancti illius infra muro Andecavis constructus, ubi illa abbatissa custos praesesse videtur, concidere deberemus, quod ad die praesente visi sumus fecisse, hoc est locello nuncupante illo, in pago illo, rem proprietatis nostrae, quem de parente nostro venerabile viro illo abbate propria pecunia comparavimus, vel die praesente nostra est possessio, hoc est cum terris, dominibus, edificiis, mancipiis, accolabus, vinis, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, inovilebus et immovilebus, junctis et appendiciis et adjacentiis in se habentis ad se pertenentes cum superposito pro omni merito suo, ut diximus, ad predicta basileca vel congregatio ipsius vel rectorem ipsa volumus esse translatum atque inductum: ita ut quicquid exinde ab hac die jure proprio atque firmissimo congregatio ipsius utilitatibus monasterii ipsius elegit faciendum, liberam habeat in omnibus potestate: quia malum us te sacrosancta ecclesia in honore sancti illius in idipsum monasterio edificatae, quam reliquis heredibus nostris. Quod si fuerit aliquis de heredibus nostris, qui contra hanc epistolam cessionis, quam bona voluntate pro nostris expiandis peccatis devovimus, venire, aut contrarius vel pulsator extiterit, prius a communione Ecclesiae catholicae sit pulsatus, et aeternae damnationi subjectus; et insuper auri libras tantas, argento pondus x, sociante fisco, cuius pulsaverit, componat: nihilominus epistola atque definitio nostra omni tempore firma et stabilis perduret.

**XLVI. Incipit notitia, quem hominem in causa sua repellavit.**

Notitia qualiter veniens illi Andecavis civitate ante venerabile vir illo abbati, vel reliquis quamplures bonis hominibus, qui cum ipso aderant, cuius nomina vel scriptiones atque signaculum subter tenentur inserta, interpellavit aliquis homines his nominibus illus et illus, dum dicerit, quasi vinia sua in loco nuncupante illo, malo ordine pervasisset: quia ipse illi et illi taliter in responso [dederunt] quod auctori habebant legitimo nomen illo majore, quia ipsa vinia ad eos dedisset. Sic ab ipsis viris illi fuit denuntiatum, ut die illo Andecavis civitate ipso illo in Auteario presentare deberit: se hoc non faciebat, cum legis beneficio ipso illo de ipsa vinia revestire debet. Actum.

**XLVII. Incipit mandatus.**

Domino magnifice illo illi. Rogo, prego, supplico atque injungo per hunc mandatum ad vicem meam hominem, nomen illo, quem ego beneficium ei feci, argento uncias tantas, ipsum meum ubi et ubi eas vel meas prosequere et admallare et adcausare facias, quomodo ipso debite recipere facias: et quicquid ad vicem meam exinde facere volueris, egeris, feceris, gesseris, etenim me habiturum esse cognisce ratum. Mandatum Andecavis civitate, curia publica.

\* Racimburdio, id est, judicibus. Vide Glossarium Cangii in Racimburgii.

**A XLVIII. Incipit charta de sanguinolento [recens natu, expositu], quem de matricola suscepit.**

Cum in Dei nomen nos vero fratris, qui ad matricola sanctis illis residere videmur, quos nobis ibidem omnipotens Deus deconlata Christianorum pacere videtur, invenimus ibidem infantolo sanguinolento, cui adhuc vocabulum non habetur, et de cuncto populo parentes ejus invenire non possumus. Ideo convenient nobis unanimiter consentientes, et per voluntatem martyrario, nomen illo presbytero, ut ipso infantolo ad hominem nomen illo venuimur debemus; quod ita et fecimus; et accepimus pro ipso, sicut apud nos consuetudo est, treanto uno, cum nostro pacto, et intimare rogaviimus. Si nus ipsi aut domenus vel parentis ejus, qui contra charta ita venire voluerit, in primitus Christus filius Dei vivi terribilem et metuendum, ut non sit ad gaudium, sed ad ejus detrimentum, quod ei inculcat sempiternam poenam; et quod repetit vindicare non valeat: B et haec facta nostra omni tempore firmia permaneat.

**XLIX. Incipit judicium de homicidio.**

Veniens illi et germanos suos illi Andecavis civitate, ante vero illustre illo comite vel reliquis \* racimburdis qui cum eo aderant, quorum nomina per subscriptionibus atque signacula subter tenentur inserta, interpellabat aliquo homine, nomen illo, dicebat quasi ante hos annus parentis coram illo quomodo interfecisset. Interrogatum est saepe dicto illo, qui ad hac causa daret in responsis. Sed hoc ad integra fortiter denegabat. Sic iuxta acutientes saepe dictis germanis visum est ad ipsis personas decrevisse judicium, ut quartum in suum quod evenit ipso Kalendas illas, apud homines xii mano sua xiii vicinus circa inmanentes sibi: sin melius in ecclesia seniore loci in ipsa civitate hoc debiat conjurare, quod ad morte saepe dicto numquam consentisset, nec eum occisisset, nec consciens, nec consentianus ad hoc faciendum numquam fuisse. Se hoc facere potest, diebus vita sua de ipsa causa securus permaneat: sin autem non potuerit, in quantum lex praetat, hinc emendare studeat.

**Incipit notitia ad supradicta judicia.**

Notitia sacramenti, qualiter vel quibus praesentibus aderant in ipso die Kalendas Martias ingressus est homo, nomen illi, in ecclesia seniore sancti loci Andecavis civitate, secundum quod judicium suos loquitur, apud homines xii mano sua xiii juratus dixit: Per hunc loco sancto et divina omnia sanctorum patrocinio, qui hic requiescant, unde mihi aliquid hominis illi et germanus suos illi reputaverunt, quod parente eorum illo quondam interficisse aut interficere rogasse; ipsum non occisi, nec occidere rogavi, nec consciens, nec consentaneus ad morte sua numquam fui, nec illud de hac causa non redebilo nisi isto edonio sacramento, quem judicatum habui, legibus transivi. Id sunt quod de praesente fuerunt, et hunc sacramentum audierunt, et hanc notitiam manus eorum subter adfirmaverunt. Facta notitia.

**L. Incipit mandatus.**

Domino fratri illo, ego illi. Negociens rogo, prego atque suppleco per hunc mandatum ad viceum meum servo meo, nomine illo, natione gentile: quem mihi confugio fecit ubi et ubi, cum ipso invenire potueris, tam in pago, quam in palatio, seu in qualibet patria invenire potueris, quicquid exinde ad vicem meam invenire potueris, quicquid exinde ad vicem meam prosequere et excusare, vel admallare eas facias: et quicquid per hunc mandatum egeris, fecoris, gesseris, etenim me habiturum esse cognisce ratum. Mandatum Andecavis civitate.

**LI. Incipit mandatus.**

Domino magnifice illo, ego illi. Rogo atque sup-

pleco vestra caretate per hunc mandatum, ut omnes A causas meas in pago illo ad vicem meam prosequere vel admallare facias, tam in pago, quam et (si necessitas fuerit) ad palacio, vel ubi locus congruus fuerit; et quicquid exinde egeris, feceris, gesseri-ve, etenim me in omnibus habitaturis tibi essit cognitus [habitu-  
rum esse cognoscas] ratum, quam gestibus oble-  
cates. Et ut certius credatur, mano mea subter firmavi, et magnorum ineorum subterius decrevi adfirmare. Datum mandatum Andecavis civitate.

### LII. Incipit notitia.

Notitia qualiter veniens illo Andecavis civitate die illo, in regionis, quod ficit mensis ille dies tantus, placitum suum adtendens. Ac contra aliquis homines, his nominibus illius et illius: unde ante hos in ratione fuerunt pro via sua in loco qui dicitur illo. Unde et autore nomen illo, spoponderunt praesentare ipsa via sua consigna sit. Sed veniens in eo placito illi, de mane usque ad vesperum placitum suum legibus custodivit et solsadvit. Nam illi et illi ibidem fuerunt, et hoc quod espoenderunt, memine potuerunt adimplire. Propterea necessarium ipsius illo, ut hanc notitiam manibus bonorum hominum exinde accipere deberit; quod ita et fecit; ut in postmodum quicquid lex inter eos declarat, attendere debat.

### LIII. Incipit cesso.

Quod bonum faustum sit, lex felicitatis adsatis absentit, et lex Romana edocet, et consuetudo pagi consentit, et principalis potestas non prohibet, ut tam pro se intercedente, quam ad die filicissimo mortiarum optabile eveniente. Idcirco ego in Dei nomine illi nomen, ante proscriptio ad sponsam meum, nomen illa, illa illius, transcribo ad ipsa per hanc epistola atque cessione, hoc est casa cum curte, vel omni circumscencto suo, hoc est inobile et immobile, loco vestito, campo serente modius tantus, de uno latere est campus; via juctus tantus, de uno latere via illius; silva juctus tantus, de uno latere silva illius; prado juctus, de uno latere prata illius, et est super territorium sancti illius, in fundo illa villa, bovis tantus, vaccas cum sequentis tantus; vestimento tanto, in turris de soledus tantus, bracii de soledus tantus; haec omnia de superiori nomenatu, quoniam adiuvimus, ambo pariter hoc tenere et possedre debamus, superiori nomenata haec tenere et possedre debas. Et se prolem nobis Deus dederit, cum omne integritate ut rem meliorata acceperit, et affirmare deberimus: quod ita et fecimus. Post translatum vero tuum in ipsis revertantur. Et se agnatio de nobis procreata non fuerit, haec omnia rem superiori nomenata, hoc tenere et possedre debiant, et cui volueris derelinquas. Et si fuerit qui contra hanc epistola adique cessione, quem ego bona voluntate nulla imperium fieri et adfirmare rogavi, venire aut litigare vel intrangere fortasse conaverit, intereat inter tibi et liceo soledus tantus coactus componebere debiat, et quod repetit vindicare non valiat.

### LIV. Notitia divisionis.

In Dei nom. Placeuit alique convenit inter illius et illius germanus, ut inter se de res eorum devidere debuerit: quod et fecerunt. Accipit illi hoc est casa cum omni circumscencto illo, seu et mancipia vel mobile et immobile, quem in ipsa casa esse videtur, vel vires, silvas et prata, quantumcumque in ipsa casa a-accipere videtur, totum et ad integrum. Et in contra accipit germanus suos illo alio locello illo, cum omne rem ad se pertinentis. Unde convenit ut manus eorum firmatas inter se accipere deberent: quod ita et fecerunt, ut unusquis quod accipit habeat, teneat et possedeat, vel cui voluerit derelinquat. Et si fuerit unus ex ipsis qui contra parte suo agere aut resul-

tare presumperit, partem suam ad pare suo amittat, et insuper soledus tantus componat, et quod repetit nihil valeat vindicare; et hanc pactio divisionis omni tempore firma permaneat.

### LV. Notitia cessionis.

Ego enim illi. Convenit nobis ad petitionem nutritio nostro, ut aliquo locello, nomen illo, in loco qui vocatur illo, pro assiduo servicio suo vel benevolentia, qui circa nos abire visus est, ei concidere deberemus: quod ita et fecimus, ut post hunc diem ipso locello integrum habeat concessum, ut quicquid de ipso facere volueris, liberam in omnibus habeas potestatem faciendi. Et pro infestantis malis hominibus, convenit multa ibidem inserere debeamus: quod ita et fecimus. Et si fuerit qui contra epistola ista illius de hereditibus meis, aut quislibet homo, aut extranea persona, qui contra ipsa resultare voluerit, soledus tantus ei componat, et reparatione sua non obtineat effectum; et hanc epistola omni tempore firma permaneat cum stipulacione subixa.

### LVI. [Formula dissolvendi matrimonii.]

**b** Domino non dulcissimo, sed amarissimo et exsufflantissimo jocali meo illo illa. Dum non est [incongitum] qualiter faciente iniunctio et interdicente Deo, ut in iunctu esse non potemus; prouide convenit nobis ante bonis hominibus, ut ad invicem nos relaxare deberemus; quod ita et fecimus. Ubicumque jocalis meus mulierem [ducere] voluerit, liberam habeat potestatem faciendi. Similiter et illa convenient, ut ubicumque ipsa femina superiori nominata sibi marito accipere voluerit, liberam habeat potestatem faciendi. Et si fuerit post hunc diem nuns ex ipsis qui contra hanc epistola ista agere aut repellere presumperit, soledus tantus ad pare suo componat una cum judice intercedente, et quod repetit nihil valeat vindicare, et hanc epistola firma permaneat.

### LVII. Incipit cesso.

**c** Lex Romana edocet, consuetudo pariter consentit, et regulis potestas non prohibet, ut unus quis de rem suam, quem in praesente die possedit, faciat quod voluerit. Idcirco ego quidem in Dei nomine illi, qui commando illa villa, quia pertractavi circa animus meus, ut omnis res meas, quem in praesente seculo habere videor, ad filio meo duas partes per hanc epistola cessione ad die praesente tradeo ad possedendo, tamen casas, domibus, aedificiis, mancipiis, campis, viniis, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, junctis et subjunctis, moveilibus et immovilibus, omni rem meam, pro assidua servitia sua vel benevolentia, ei, sicut dixi, partis duas deligo atque transundo ad die praesente; terciam vero partem ad hereditis propinquis reservans, hac tamen conditione, ut dum advixerit, mihi in omnibus tam de victo, quam et de vestito soniare [prastare] mihi debiat, et ipsa terra persolverefaciat: et quicquid de ipsis duas partes facere voluerit, habendi, tenendi, donandi, vendendi, seu commutandi, absque praejudicio sancti illius, cuius terrae esse videtur, liberam in omnibus habeas potestatem faciendi. Si quis vero (quod fieri esse non credo) si fuerit ullo unquam tempore, aut ego ipse, aut ultus de hereditibus meis, vel quilibet homo aut extranea persona, qui contra hanc epistolam cessione ista venire aut agere fortasse presumperit, in primis Dei incurrit judicium, et sanctorum loca efficiatur extranens, et insuper inter tibi et agente sancti illius [soledus] tantus componat; et quod repetit nullo congenio evendicare non valcat; et hanc cartula omni tempore firma permaneat.

### LVIII. [Notitia de natis servorum.]

Nos enim illi et conjux mea illa. Dum non est incongitum qualiter aliqua femina, nomine illa, servu nostro, nomen illo, ad conjugium copulavit, et modo

\* Vide Marculfum, lib. II, cap. 30, supra.

† Vide, supra, cap. 36.

‡ Vide, supra, cap. 34.

**nos bona voluntate convenit**, ut quamdiu quidem in conjugio sunt copulati, ipsa semenza per nos non debuit esse declinatum in servicio. Et agnacio, se ex ipsis procreata fuerit, ad ingenuetatem capitis eorum debuit permanere ingenui. Si quoque ut se eis necessitas fuerit, ad servizio caput eorum inclinatur, non ei detur licentia, nisi ad nos vel hereditate nostris propinquiores: et peculiare quod sit ante conjugio laborare potuerit, ipsa semenza tercia parte exinde habeat absque nostra repetitione, vel heredium nostrorum. Deinde in hunc epistola nobis intimare convenit, se nos ipsi aut hereditis vel propinquoi nostri, seu quislibet opposita persona, quid ad traditis convenientias ipsa semenza commendolare voluerit, aut contra epistola haec agere contemptator fuerit, soledus tantus

A componat, et nihilum dicit et quod repetit; et haec epistola omni tempore firma permaneat.

#### LIX. [Notitia de commodato.]

Ego enim illi qui commando illa villa. Constat me acceperisse, et ita accipi de homine, nomen illo, ad pristinum beneficium argento uncias tantas. Sic modo convenit, ut cum multa caretate ipso argento die Kalendas illas mox venturi Septembbris, et circum me habere debiam, et ipsa die argento vestro reddere faciam, et cautionem meam recipere faciam. Et si exinde negligens aut tardus fuerim, voluntate vestra non habueris, hic modo mihi in hunc caucionem placuit inserere, ipsas reveritas in duplum vobis sic reddetur, aut vobis, aut cui caucionem istas deducaris ad ex.

## NOVA COLLECTIO FORMULARUM.

### STEPHANUS BALUZIUS TUTELENSIS

EX VETERRIMIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS ERUIT, IN UNUM COLLEGIT, PRIMUM EDIDIT  
ANNO 1677.

#### I. Petilio episcopi peregrini ad episcopum proprium.

In Christi nomine. Ille episcopus illo episcopo amico nostro devotam dirigo salutem. Gratias vobis referimus de caritate vestra, quam erga fidelein nostrum dignati estis facere et circa congregationem nostram qua est in oppido sita quod dicitur illum. Fecisti enim ut Apostolus commendans ait: *Prædicta verbum, insta opportune et inopportune nolenib[us]* (II Tim. iv). Qui enim sequitur apostolorum vestigia, luce gaudebit perpetua. Rogo vos humiliter dirigere nobis per epistolam vestram quid mihi de nostro licet celebrare officium in parochia vestra et in ecclesiis vestris que in nostro sunt beneficio, si prædicare licet, si emendare, si corrigere, si erigere ecclesiis, si confirmare, aut baptizare, aut poenitentiam dare, aut quid nobis concedatis, aut quid prohibeatis, scire nos faciat cito petimus. Amicitiam vero vestram valde firmam optamus inter nos consistere. Et obsecro ut mihi commendare dignemini quasi firmo amico tuo quolibet servitium, et paratu me habetis in omnibus honestis et justis mandatis vestris. Benevolete.

#### II. Commendatoria et exhortatoria ad sanctimoniam.

In nomine sanctæ Trinitatis. Venerandæ et almissæ gloriæque illæ, ego ille inferior cunctis servis vestris postulo summo a Deo æternam venire salutem. Hinc rogo vos et ammoneo ut laus popularis, qua per vulgares spargitur aures, vestram adtingat in mente, et crescendo polluat sapientia vestra apud Deum et homines. Omnis vero populus hac proclamat voce dicens his vero esse ditatam felicibus dominis, quod in perpetuum firmiter permaneat, citam omni bono consilio et claram facie omni conspicui humano, varias scilicet gazas miro ordine beataque mundi regna mirifice disponere, pulchram corpore et in mente quieta, lucidis autem luminibus vestram fieret staturam, in aulem dicunt. Debetis enim semper gratias agere, ut in vobis haec et his similia crecent per omnia momenta. Vide, ut Apostolus ait, quonodo caute ambulaveris, sicut sapientes (Ephes. v). Et iterum: *Non solum coram Deo, sed etiam corrum hominibus providentes bona, etc.* (Rom. xii, II Cor. viii). Festina itaque, virgo gloriissima, sanctis studiis te et bonis operibus ornare, ut cum sanctis et beatis virginibus centenum merearis collegere rectum.

#### B III. Conquestio de vasso qui justitiam facere renuit.

Domino inluster atque præ cuncto magnificentissimo, ut confido, viro amico meo illo ille. Deus scit, qui omnia non latet occulta antequam siant, in omnibus amicus et bene cupiens vester, illud imprimitus quod plurima sunt et nobis opportuniunum, salutem in Domino optamus vobis in quantum arcana cordis mei continet plenitudo. De cætero cognoscas industria vestra iste præsens homo noster serviens vester nomen ille ad nos venit et nobis dixit eo quod vassus vester nomen ille res post se malo ordine retineat injuste, et dixit quod nulla justitia apud ipso exinde consequere possit. Propterea solicitamus vobis, precanmus ut hoc causa diligenter inquirere jubeatis, ut ipse homo noster serviens vester sine ulla dilatatione ad suum exinde debeat perquirere justitiam. Et si hoc facietis, vestram bonam consuetudinem adimplietis. Et unde nos injungemus, et nos polemimus, vos vel servientes vestros in bonis partibus removere non tardamus. Agite taliter quod nos per vos bona habemus fiducia, ut iste homo noster serviens vester sibi congaudeat quod nostram ad vos deportasset suggestionem. Ad sapientissimum sufficiet.

#### C IV. Item de eadem re.

Domino sancto apostolica sede colendo domino et in Christo patri illo papæ ille. Deus scit, cui nulla latent occulta, in quantum video et nostra est possibilis, in omnibus amicus et bene cupiens vester, illud imprimitus quod plurima sunt et nobis opportuniunum, salutes in Domino optamus vobis in quantum totus mundus fulget in gloria, vel quanto n distat ortus ab oriente et deficit ab occidente, seu et si fieri potuisset quod tota membra vertissent in lingua. De cætero supplicamus gratia vestra ut pro me peccatore in vestris sanctis orationibus intercedere digneris. Et iterum, Domine, supplicamus cognoscas admitas vestra iste præsens homo noster serviens vester nomen ille res sua malo ordine post se retinebat injuste, et nulla justitia apud ipso exinde consequere possit. Propterea precamur vobis ut hanc causam diligenter inquirere jubeatis; ut sicut vestra bona est consuetudo, ipse homo noster serviens vester sine ulla dilatatione ad suum exinde debeat pervenire justitiam, et sibi congaudeat quod nostram ad vos deportasset suggestionem, et nos vobis gratias agamus. Et si locus advenerit, vos vel serviens-